- R 9 C. A. Fer. 6. Dedicat. Basil. SS. Salvatoris dup. Off. de Com. Dedicat. Eccl., ll. ppr. Miss. *Terribilis.* de eod. Com., Cr. (*in Secr. omitt. tota Parenth.*). In 2. Vesp. com. seq., et SS. Tryphonis et Soc. MM.
- Hodie Novil. hor. 8. min. 28. vesp.**
- R 10 C. A. Sab. S. Andreae Avel. C. sem., ll. 1. n. cur. Sab., rel. ibi., 9. l. et com. SS. MM. in L. et M. *Os Justi I.* Or. ppr., 3. Or. *A cunct.* Vesp. de seq. ppr., com. Dom. Ant. *Muro tuo.* Or. Dom. V. post Epiph. et praec. tant.
- † 11 C. A. Dom. XXIV. post Pent. et III. Nov. (*omiss. II. cum fer. seq.*). S. Martini Ep. C. dup. Off. ppr., 9. l. et com. Dom. V. post Epiph. in L. et M. ppr., Cr., Praef. SS. Trinit., et Ev. Dom. in fin. In 2. Vesp. com. Dom. Ant. *Colligite;* et seq.
- R 12 C. R. Fer. 2. S. Martini Pp. M. sem., ll. 1. n. *Incip. Daniel Proph.* ex Dom. praec., rel. ibi., 8. R. *Dne praevenisti.* Miss. ppr. 2. Or. *A cunct.* 3. *ad libit.* Vesp. de seq., com. praec.
- R 13 C. A. Fer. 3. S. Didaci C. dup., ll. 1. n. cur. fer., rel. ibi. Miss. *Justus.* Or. ppr. Vesp. a cap. de seq. Or. *Praesta . . . ut qui.,* com. praec.
- R 14 C. R. Fer. 4. S. Mennae M. dup. ll. 1. n. cur. fer., rel. in Lib. nov. Miss. *In virtute.* Ev. *Nisi granum.* ut 3. huj. ex Fol. nov. Vesp. a cap. de seq. Or. ppr. in Lib. nov., com. praec.
- R 15 C. A. Fer. 5. S. Leopoldi March. Austr. C. dup. ll. 1. n. cur. fer., rel. in Lib. nov. Miss. ppr. ex Fol. nov. Vesp. a cap. de seq. com. praec.
- R 16 C. A. Fer. 6. S. Gertrudis V. dup. (*in Brev. heri.*).

10. Nov 97  
Zurück von jahrszeitl. dem. Amer. Pioneer für myrthol.



- Off. de Com. V. tant., II. 1. n. cur. fer. rel. ibi. Miss. *Dilexisti*. Or. ppr. In 2. Vesp. com. seq.
- R 17 C. A. Sab. S. Gregorii Thaum. Ep. C. sem., II. 1. n. cur. Sab. rel. ibi. Miss. ppr., 2. et 3. Or. ut 12. huj. Vesp. de seq. (*in Ant. ad Magnis. loco Tuam S. Festiv. dic.* Tuum S. Patrocinium.); cum. Dom. Ant. *Qui coelorum*. Or. ex Dom. VI. post Epiph., et praec. In Hymn. *Jesu.. qui natus.*, et sic. cras.
- ⌚ 18 ⓪ **Hodie P. Q. h. O. m. 12. mane.**
- † 18 C. A. Dom. XXV. post Pent. et IV. Nov. (*III. in Ord. Mens.*) Fest. Patrocinii B. M. V. dup. maj. Off. ut 5. August., II. vero 2. n. ex die 12. Septembr. Ad 7. R. dic. ut supra. *Tuum S. Patrocin.*, 9. l. et com. Dom. VI. post Epiph. in L. et M. *Salve*. Votiv. a Pent., Cr. Praef. *Et te in festiv.* ac Ev. Dom. in fin. Ad Prim. ¶. *Qui natus.* In 2. Vesp. com. seq., Dom. Ant. *Simile est.*, et S. Pontiani Pp. M.
- R 19 C. A. Fer. 2. S. Elisabeth Reg. Hung. Vid. dup. Off. de Com. nec V. nec M. II. 1. n. *Incip. Osee Proph.* ex Dom. praec., rel. ibi; 9. l. et com. S. Pontiani in L. et M. *Cognori*. Or. ppr. Vesp. a cap. de seq. *Mer. supr.* com. praec.
- R 20 C. A. Fer. 3. S. Felicis de Valois C. dup., II. 1. n. *Incip. Joel Proph.* cur. fer., rel. ibi. Miss. *Justus*. Or. ppr. Vesp. de seq., com. praec. In Hymn. *Jesu.. qui natus.*, et sic cras.
- 21 C. A. Fer. 4. Praesent. B. M. V. dup. maj. Off. ut ibi. Miss. *Salve*. Votiv. a Pent. Or. ppr. cum Cr., ac Praef. *Et te in Praesent.* Ad Prim. ¶. *Qui natus.* In 2. Vesp. com. seq. ut ibi.
- R 22 C. R. Fer. 5. S. Caeciliae V. M. dup. Off. et M. ppr. Vesp. a cap. de seq. com. praec. ppr.
- R 23 C. R. Fer. 6. S. Felicitatis M. dup. Off. de Com. non V., II. 1. n. I. *Incip. Amos Proph.* ex fer. 5. praec., II. et III. *Incip. Abdias.* ex fer. cur., 2. n., IV. ppr. V. et VI. *Ego maxime.* 2. loc. 3. n. *Thesauro.* 1. loc. Miss. *Me expectav.* II. Or. etc. ppr. Vesp. a cap. de seq., com. praec.
- ⌚ ⓪ **Hodie Plenil. hor. 6. min. 48. Vesp.**

- R 24 C. R. Sab. S. Chrysogeni M. dup. ll. 1. n. *Incip. Jonas.* cur. Sab., 2. n. IV. et V. ppr. (*quae si unit. disjung. et V. incip. Cui Imperator.*) VI. 2. loc., 3. n. *Nolite arbitrari.* ex Lib. nov. 18. Aug. Miss. *In virtute.* Or. etc. ppr. ex Missal. Vesp. a cap. de seq., com. praec., et Dom. Ant. *Super muros.* Or. ex Dom. XXIV. post Pent.
- <sup>+</sup> R 25 C. R. Dom. XXVI. et ultim. post Pent. ac V. Nov. S. Catharinae V. M. dup. ll. 1. n. *Incip. Michaeas.* ex Dom. cur., rel. ibi., 9. l. et com. Dom. XXIV. post Pent. in L. et M. *Loguebar.* Or. ppr., Cr. Praef. SS. Trinit., et Ev. Dom. in fin. Vesp. a cap. de seq. Or. *Praesta . . . ut qui;* com. praec., Dom. Ant. *Amen dico vobis;* et S. Petri Alexandr. Ep. M. Ant. et *Y.* ex Laud.
- R 26 C. R. Fer. 2. S. Mauri M. dup., ll. 1. n. *Incip. Nahum.* cur. fer., rel. in Lib. nov. 9. l. et com. S. Petri Ant. et *Y.* ex 1. Vesp. in L. et M. *In virtute.* Ev. *Si quis vult.* Vesp. a cap. de seq. Or. *Exaudi.,* com. praec.
- R 27 C. A. Fer. 3. S. Valeriani Ep. Aquil. C. dup. ll. 1. n. *Incip. Habacuc.* cur. fer., rel. in Lib. nov. Miss. *Sacerd. tui.* In 2. Vesp. com. seq.
- 28 C. R. Fer. 4. SS. Quatuor Coronat. MM. sem. (*in Brev. 8. huj.*); ll. 1. n. *Incip. Sophon.* cur. fer. 2. n. IV. ppr., rel. 2. loc.. 8. R. *Haec est vera frat.* Miss. *Sapient.* SS. Or. etc. ppr., 2. Or. *A cunct. 3. ad libit.* Ad Grad. *Y.* *Haec est vera frat.* ex Missal. 27. Sept. Vesp. a cap. de seq., com. praec., et S. Saturnini M. Ant. et *Y.* ex Laud.
- 29 C. R. Fer. 5. (*Vigil. sine jejun.*) S. Theodori M. com. (*in Brev. 9. huj.*); ll. 1. n. *Incip. Aggaeus.* cur. fer., 2. n. IV. ppr., rel. 2. loc., 9. l. et com. Vigil. Ant. et *Y.* huj. fer. de Psalt., ac S. Saturnini. Ant. et *Y.* ex 1. Vesp. in L. et M. *Laetabitur.* Or. etc. ppr. Ev. *Si quis vult.,* et Ev. Vigil. in fin. Vesp. de seq. *sine com.*
- ,, *In Eccl. Metrop. cant. 2. Miss. I. de Fest. post Tert. 2. Or. S. Saturnini. 3. A cunct. II.*

24 Nov. 1958 - 15°

8. June 856 no. 17½88 - 17:15  
Baker no. 3 $\frac{3}{4}$ 88 - 3:45

16 min w w =  $4\frac{1}{2}$  - 4:30

八〇三



*de Vigil. post Non. 2. Or. Concede. 3. Eccl.  
vel pro P. tc. ut 23. Jun.*

R 30 C. R. Fer. 6. S. Andreae Ap. dup. 2. cl. Off.  
ppr. ut ibi; Cr., Praef. Ap. in 2. Vesp. com.  
seq. *Or. Praesta . . ut qui.*

## DECEMBER.

1 C. R. Sab. S. Pelagii M. dup. (*fuit 9. Sept.*),  
ll. 1. n. I. *Incip. Zachar.* ex Fer. 6. praec.  
II. et III. *Incip. Malach.* cur. Sab., rel. 1. loc.  
Miss. *In virtute. Ev. Si quis venit.* In 2. Vesp;  
com. Dom. I. Advent. Ant. *Ecce Nomen. V.*  
*Rorate.*

” *Post Vesp. Ant. final. B. M. V. Alma Re-  
demptor. V. Angelus Dni. Or. Gratiam tuam,  
et deinc. omitt. Suffr. SS. ad Vesp. et Laud,  
dic. tamen preces ad Prim. et Complet. in  
semid. extra Oct. de more.*

” *A Dom. seq. usque ad Epiph. inclus. interdic.  
Solemn. Nupliar. ut supra 23. Febr.*

## C Hodie U. Q. hor. 3. min. 7. Vesp.

† 2 C. Viol. Dom. I. Advent. 1. cl. De ea sem. Off.  
ut in Psalt. et hac Dom. Non die. *Te Deum.*  
sed 9. R. (*et sic Dom. seq.*). Miss. ppr. sine  
*Glor. 2. Or. Deus, qui de B. M. V., 3. Eccl.*  
*vel pro Pp., Cr., Praef. SS. Trinit., et in  
fin. Bened. Dno. Ad Prim. dic. Confitemini.  
Symb. Quicunq. V. Qui ventur. es. (qui dic.  
quotid. per Advent. etiam in fest. SS. nisi  
alit. notet.); prec., et lect. Brev. Dne misere-  
rere. Vesp. de seq., com. Dom. Ant. Ne time-  
as. V. Rorate.*

” *Ubi hoc triduo sit Expositio 40. Hor. dic. ult.  
Or. de SS. Sacramento.*

” *In Eccl. Metrop. in Miss. de Temp. per Ad-  
vent. (in quibus non puls. Organ.) Min. cum  
Planet. plie. etc. ut in die Ciner., excepta  
Dom. Gaudete.*

R 3 C. A. Fer. 2. S. Francisci Xav. C. dup., ll. 1.  
n. cur. fer., rel. ibi, com. fer. Ant. ppr. V.

- Vox clamantis. Or. Dom. praece. (et sic respect. per Hebd.) in L. et M. ppr. Vesp. a cap. de seq. Mer. supr. Ant. O Doctor. (in qua sicuti in Or. non omitt. praedicat. Chrysol.); com. praece., et fer. Ant. ppr. Y. Rorate. Or. Dom. praece. ut supra.*
- R 4 C. A. Fer. 3. S. Petri Chrysologi Ep. C. Doct. dup., II. 1. n. *Fidelis.* 1. loc., rel. ibi., com. fer. in L. et M. ppr. cum Cr. Vesp. a cap. de seq. mer. supr., com. fer. et S. Sabbae Ab. C. Ant. ex Laud. Y. Os justi.
- R 5 C. A. Fer. 4. (*Jejunium.*) 5. Joan. a Cruce C. dup. (in Brev. 24. Nov.); II. 1. n. cur. fer., rel. ibi., com. fer. et S. Sabbae Ant. et Y. ex 1. Vesp. in L. et M. Os. Justi I. Or. ppr. Vesp. a cap. de seq., com. praece., et fer.
- R 6 C. A. Fer. 5. S. Nicolai Ep. C. dup., II. 1. n. cur. fer., rel. ibi., com. fer. in L. et M. ppr. Vesp. a cap. de seq. Mer. supr. Ant. O Doctor., com. praece., et fer.
- R 7 C. A. Fer. 6. (*Jejunium.*) S. Ambrosii Ep. C. Doct. dup., II. 1. n. *Fidelis.* 1. loc., rel. ibi., com. fer. in L. et M. ppr., Cr. Vesp. de seq., com. fer. tant. In Hymn. Jesu . . qui natus. et sic per Oct.
- † 8 C. A. Sab. Concept. B. M. V. dup. 1. cl. cum Oct. Off. ut ibi., 3. Ant. 3. noct. *Angelus Dni;* com. Sab. in L. et M. ppr., Cr., ac Praef. *Et te in Concept.* per Oct. Ad Prim. Y. Qui natus. item per Oct. In 2. Vesp. com. Dom. Ant. *Veni Dne.*
- ” *Hodie prohib. Miss. in Orat. privat. et Solemn. de Req. etiam praece. Cadav.*
- † 9 C. Viol. Dom. II. Advent. 2. cl. De ea sem. Off. ut in Psalt. et ppr. loc., com. Oct. in L. et M. sine Glor. et sine 3. Or., Cr., Praef. ut heri; et in fin. *Bened. Dno.* Ad Prim. dic. Ps. *Confitemini;* Symb. *Quicumq.,* et Y. Qui natus. sine prec. In 2. Vesp. com. seq., Oct., et S. Melchiadis Pp. M.
- ” *In Eccl. Metrop. Min. etc. ut in Dom. I. Advent.*
- @@ **Hodie Novil. hor. 11. m. 6. ante mer.**



Aug 12. - Traveled from Laramie to Cheyenne.  
Arrived

- R 10 C. R. Fer. 2. S. Bibianaæ V. M. sem. (*in Brev. 2. huj.*); ll. 1. n. cur. fer. rel. ibi; com. Oct. fer., et S. Melchiadis in L. et M. *Me expectav.* I. Or. ppr. Cr. etc. (*Sscr. pro S. Melchiade Munera ex Miss. Sacerd. Dei.*). Vesp. a cap. de seq., com. praec., Oct., et fer.
- R 11 C. A. Fer. 3. S. Damasi Pp. C. sem., ll. 1. n. cur. fer. rel. ibi; com. Oct., et fer. in L. et M. ppr. Cr. etc. Vesp. de seq. Or. ppr. in Lib. nov., com. praec. Ant. *Dum esset.*, Oct., et fer.
- R 12 C. R. Fer. 4. (*Jejunium.*) S. Barbaræ V. M. dup. ll. 1. n. cur. fer., rel. in Lib. nov., com. Oct., et fer. in L. et M. *Loquebar.* Or. ppr. in Fol. nov., Cr. etc. Vesp. a cap. de seq. ut ibi, com. praec., Oct. et fer.
- R 13 C. R. Fer. 5. S. Luciae V. M. dup. Off. ppr., com. Oct., et fer. in L. et M. ppr., Cr. etc. Vesp. a cap. de seq. ut ibi; com. praec. Ant. ppr., Oct., et fer.
- R 14 C. R. Fer. 6. (*Jejun.*) S. Clementis Pp. M. dup. (*in Brev. 23. Nov.*) Off. ut ibi; ll. 1. n. *A Mileto.* 1. loc., 2. n. ppr., 3. n. *Vigilate.* de Com. C. Pont. 2. loc. RR. ibi., com. Oct., et fer. in L. et M. ppr., Cr. etc. Vesp. de seq. ut in 1. Vesp. Fest. com. praec. Ant. ppr., et fer.
- 15 C. A. Sab. Oct. Concept. B. M. V. dup., ll. 1. n. cur. Sab. rel. ibi., com. Sab. in L. et M. ut in Fest., Cr. etc. In 2. Vesp. com. Dom. Ant. *Ante me;* et S. Eusebii Ep. M.
- † 16 C. Viol. Dom. *Gaudete.* III. Advent. 2. cl. De ea sem. Invit. *Prope est.*, rel. ut Dom. I. Advent. et ppr. loc., com. sine lect. S. Eusebii in L. et M. sine *Glor.*, 3. Or. *Deus, qui de B. M. V.,* Cr., Praef. SS. Trinit., et in fin. *Bened. Dno.* Vesp. de seq. *mer. supr.*, com. Dom. Ant. *Beata es;* et S. Eusebii.
- " *In Eccl. Metrop. Min. cum Dalm., Organ. puls., et sic in seq. fer.*
- " *Post Complet. huj. diei usque ad Oct. Epiph. inclus. cessat Off. cuiuslib. Oct. etc. ut supra 20 Febr.*

© **Hodie P. Q. h. 7. m. 53. mane.**

- R 17 C. A. Fer. 2. S. Marci Pp. C. dup. (*fuit 7. Octobr.*) ll. 1. n. cur. fer., rel. in Lib. nov., com. fer. in L. et M. *Sacerd. tui.* Or. etc. ppr. ex Missal. Vesp. de seq., com. praec. Ant. *Dum esset.*, et fer. Ant. *O Sapientia.* 1. ex major. quae patent in Brev. post Vesp. Dom. III. praec. et sic respect. seq. dieb. In Hymn. *Virtus, honor. etc.*, et sic eras.
- 18 C. A. 3. Expectat. Partus B. M. V. dup. maj. Off. ut in fin. Brev., com. fer. in L. et M. ppr. in fin. Missal., Cr., et Praef. *Et te in Expectat.* Ad Prim. Ý. *Qui ventur. es.* In 2. Vesp. loco 5. Ant. *Ecce Ancilla.* dic. *De fructu cum Ps. Memento;* com. seq., et fer. Ant. *O Adonai.*
- 19 C. A. Fer. 4. (*Quat. Temp.*). Dedicat. Basilic. SS. Ap. Petri et Pauli dup. (*fuit 18. Nov.*). Off. de Com. Dedicat. Eccles., ll., ppr. 9. l. et com. fer. Ant. et Or. ppr. in L. et M. *Terribilis.* ex eod. Com. (*Or. fer. quae est ante I. Epist.*); Cr., et Ev. fer. in fin. (*in Secr. omitt. tota Parenth.*). Vesp. a cap. de seq. mer. *supr.* Or. *Exaudi.*, com. praec., et fer. Ant. *O Radix.* Or. Dom. praec. *In Eccl. Metrop. cant. 2. Miss. I. de Fest. post Tert. II. de Fer. post Non. in C. Viol. ut in Missal. etc., et in fin.* Bened. Dno.
- 20 C. A. Fer. 5. (*Vigil. sine jejun. de qua nihil in Off.*). S. Chromatii Ep. Aquil. C. dup. (*fuit 2. huj.*); ll. 1. n. cur. fer., rel. in Lib. nov., com. fer. in L. et M. *Sacerd. tui.*, 3. Or. Vigil. Ev. *Vos estis.* de Com. Doct. sine Cr., et Ev. Vigil. in fin. Vesp. de seq., com. praec., et fer. Ant. *O Clavis.*  
*In Eccl. Metrop. cant. 2. Miss. I. de Fest. post Tert. II. de Vigil. post Non. in C. Viol. 2. Or. de fer., 3. Deus, quide B. M. V. etc. ut 19 huj.*
- R 21 C. R. Fer. 6. (*Quat. Temp.*) S. Thomae Ap. dup. 2. cl. Off. ut ibi; 9. l. et com. fer. Ant. *Nolite timere,* quae habet. post lect. 3. n. huj. diei. Or. ppr. in L. et M. ppr. cum Cr. et Praef. Ap., ac Ev. fer. in fin. In 2. Vesp. com. seq. Or. *Exaudi.*, et fer. Ant. *O Oriens.* Or. Dom. praec.





„ In Eccl. Metrop. cant. 2. Miss. I. de Fest. post Tert. II. de Fer. post Non. in C. Viol. sine Glor. et sine Cr. Or. ibi; Praef. Com.nis, et in fin. Bened. D.no.

22 C. A. Sab. (Quat. Temp.) S. Syri Ep. C. dup. (fuit 9. huj.). mer. supr., ll. 1. n. Fidelis. 1. loc., rel. in Lib. nov., 9. l. et com. Sab. Ant. et Or. ppr. in L. et M. Sacerd. tui. (Or. Sab. quae est ante 1. Epist.); et Ev. Sab. in fin. In 2. Vesp. com. Dom. Ant. **O Rex.**

„ In Eccl. Metrop. cant. 2. Miss. I. de Fest. post Tert. II. de Sab. post Non. etc. ut 18 huj.

† 23 C. Viol. Dom. IV. Advent. 2. cl. De ea sem. Invit. etc. ut Dom. praec. et ppr. loco. Ad Benedict. Ant. Ecce completa. ut in Brev. ante fer. 2. praec. In Miss. sine Glor. Or. ibi; Cr., Praef. SS. Trinit. et in fin. Bened. Dno. In 2. Vesp. ad Magnif. Ant. **O Emmanuel.**

**Hodie Plenil. h. 11. m. 35. mane.**

24 C. Viol. Fer. 2. Vigil. Nativ. D. N. J. C. cum Jejunio. De ea. Ad Matut. Invit. **Hodie scietis.** Absol. **Exaudi.** Ben. **Evang. lect.**, ll. ibi. Ad Laud. et rel. Hor. sit Off. ritu dup. In Miss. sine Glor. et sine Cr. dic. unic. Or. et post Grad. Omitt. **Allel.** et **ky.** seq. et in fin. **Bened. Dno.** Vesp. de seq. sine com. In Hymn. **Jesu . . qui natus;** et sic usque ad Epiph. exclus., et deinc. post **Alma Redempt.** etc. dic. **ky.** **Post Partum.** et **Or. Deus, qui salut.** usque ad 2. Vesp. Purificat. B. M. V. 2. Febr. inclus.

„ In Eccl. Metrop. Min. utunt. **Dalm. Pluviale** vero pro canendo Martyrol. debet esse C. Viol. S. R. C. 22 Mart. 1817. N. 4377. ad 8.

„ **Hodie et deinc. usque ad Oct. Epiph. inclus. prohib.** Miss. Votiv. et Def., ac de cadente Anniv., non tamen prohib. Solemn. de Reg. praes. Corpore.

„ **Sacerdos celebratur. seq. nocte per 6 horas sit jejunus ex congruentia.**

„ In Eccl. Metrop. et alibi I. Miss. cant. post medianam noctem. II. Cras in Aurora, et non prius, nisi privileg. sit concess., et haec post Hor. Prim. III. in die post Tert.

- „ *Ante Auroram prohib. ministrare Sacram. Poenit. et Euchar. praesertim mulierib. except. graviter infirmis. S. R. C. 23. Mart. 1686. N. 2956. ad 2.*
- „ *Si quis Sacerdos die seq. celebrare debeat in locis inter se dissitis, nec sit alius Sacerdos qui Calicem primo adhibet., purificet, idem Calix transferend. est pro rel. Miss. Ut autem decentiae ac reverentiae Sacramento debitae consulatur, Sacerdos post sumption. Sanguinis Calici purificato imponat Patenam et Pallam, quas cooperiat velo, quod etiam circumligab. Calici prout sit in reposit. Sacram. in Sepulcro Fer. V. in Coena Dni. Calicem vero sic coopert. et circumligat., defectu Tabernacul., relinquat in Altari super Corporale usque dum, suo tempore, sic praeparat. decenter deferat ad aliam Eccl. ut ibi celebret etc. et in ult. Miss. illum purificet de more. S. R. C. 16. Sept. 1815. N. 4365.*
- + 25 C. A. Fer. 3. Nativitas D. N. J. C. dup. 1. cl. cum Oct. Omn. ppr. ut ibi. In Miss. Cr. ad cuij. **¶ Et Incarnatus est.** in Miss. Solemn. Omnes genufl., Praef., et Communic. ppr. per Oct. Ad Prim. **¶ Qui natus.** usque ad Epiph. exclus. In 2. Vesp. com. seq., et Omn. Sanctor. Martyr. Ant. etc. ex Lib. nov.
- „ *Hodie prohib. Miss. in Orat. priv., nisi privilegio sit concess. infirmo, et Solemn. de Req. etiam praes. Cadav.*
- „ *Hac die celebr. possunt 3. Miss. In I. et II. non purific. Calix, nec sumenda est ulla purificatio; Sacerdos enim omnes Miss. jejunus celebrare debet; et dictis Orationibus consuetis abluant. digiti in vase mundo, et abstergant. Purificatorio. Et si quis per accidens sumpserit purificat. in I. vel II. Miss. debet abstineri. a celebrat. aliar. Missar. Item. in I. Miss. ad Communic. dic. Et noctem. In II. Miss. ommit. com. S. Anastasiae., in III. vero sumunt. omnes purificat., et in ejus fin. legit. Evang. Epiph. Qui un. Miss. Celebr. dicat. III. non vero I. vel II.*





- † 26 C. R. Fer. 4. S. Stephani Protom. et Commem. Omn. SS. Martyr. dup. 2. cl. cum Oct. (*Fest. Praep.*) Off. ut ibi; com. Omn. SS. Martyr. ex Lib. nov., et Oct. Nativ. Dni. in L. et M. ppr. (*Or. etc. pro SS. Martyr. ex Fol. nov.*); Cr., Praef. et *Communic.* ut heri. Vesp. de Nativ. a cap. S. Steph. com. Omn. SS. Martyr. ex Lib. ut supra; seq., et Oct. Nativ.
- R 27 C. A. Fer. 5. S. Joan. Ap. et Evang. dup. 2. cl. cum Oct. Off. ut ibi; com. 2. Oct. in L. et M. ppr., Cr. etc. ut supra. Vesp. de Nativ. a cap. S. Joan., com. seq., et 2. Oct.
- R 28 C. Viol. Fer. 6. Ss. Innocent. MM. dup. 2. cl. cum Oct. Off. ut ibi. In 3. noct. loco 2. Ant. *Tradiderunt.* dic. *Isti sunt.* Non dic *Te Deum.* sed 9. R. com. 3. Oct. in L. et M. ppr. sine *Glor.* Ad *Grad.* omiss. *Allel.* et *¶.* seq. dic. *Tract.*, Cr. etc., et in fin. *Bened.* *Dno.* Vesp. de Nativ. a cap. Ss. Innocent., com. seq. et 3. Oct.
- R 29 C. R. Sab. S. Thomae Cant. Ep. M. sem., ll. 1. n. *A Mileto.*, rel. ibi; com. 4. Oct. in L. et M. ppr. cum Cr. etc. ut supra. Vesp. de Nativ. ritu dup. a cap. de seq. *Or. Praesta.. ut qui..* com. Dom. infr. Oct. Ant *Dum medium*; praec; et 4 Oct.
- † 30 C. R. Dom. infr. Oct. Nativ. S. Nicephori M. dup., ll. 1. n. *Incip. Epist. ad Romanos*, ex Dom. cur., rel. in Lib. nov., 9. I. et com. Dom., et 4. Oct. in L. et M. *In virtute. Ev. Si quis vult..* Cr. etc., et Ev. Dom. in fin. Vesp. de Nativ. a cap. de seq., com. praec., Dom. Ant. *Puer Jesus*; et 4 Oct.
- R 31 C. A. Fer. 2. S. Silvestri Pp. C. dup. ut ibi., com. 4. Oct. in L. et M. ppr. cum 6. Or. *Deus, cui. Misericordiae etc. pro gratiar. actione, quae patet post Miss. Votiv. S. Trinit.*, Cr. etc. Vesp. de Circumcis. Dni sine ulla com. C. A.  
*In Eccl. in quibus asservat. SS. Euchar. Sacrament. solemn. cantet. Hymn. Te Deum. in gratiar. actione pro beneficiis a Deo hoc anno collatis.*  
**Hod. U. Q. 7. m. 29. vesp.**

LITTERA MARTYROL. PRO SEQ. ANNO ERIT **D. MAJUSC.**

**O. A. M. D. G. B. M. V. H.**

# SUFFRAGIA

DE SS. PATRONIS ET PROTECTOR. ARCHI - DIOCESES  
DICENDA POST COMMEM. SS. AP. PETRI ET PAULI.

## AD LAUDES.

*Antiph.* Laudemus Viros gloriosos, et Parentes nostros,  
quorum sapientiam narrant populi, et fidem nunciat Eccles.

ŷ. Orate pro nobis Ss. Martyres, et Protectores.  
R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

*Qui ŷ. et R. tam ad Laud. quam ad Vesp. dic. ab Oct. Epiph. usque ad Purificat. B. M. V. tant., deinc. vero, quia ŷ. Ora pro nobis etc. dict. fuit pro S. Maria sumat.*

ŷ. Exultabunt Sancti in gloria.  
ŷ. Lætabuntur in cubilibus suis.

*Quae si in Off. recitata fuerint, loc. ipsor. dic:*

ŷ. Lætamini in Domino et exultate Justi.  
u. Et gloriamenti omnes recti corde.

*Quae si quoque fuerint dicta, sumat.*

ŷ. Exultent Justi in conspectu Dei.  
R. Et delectentur iu lætitia.

## OREMUS.

Precibus et meritis Ss. Martyrum tuorum Hilarii Tatiani; Hermagoræ, et Fortunati concede nobis, Omnipotens et Misericors Deus, ut in fide, quam, Te docente, prædicarunt, humiliter, et constanter perseverantes, eorum gloriæ in æterna beatitudine copulari mereamur.





**AD VESPERAS.**

*Antiph.* Hi sunt Viri Sancti, qui pro testamento Dei laverunt stolas suas in Sanguine Agni, et ideo nomina eorum vivent in aeternum.

¶  
V. Orate pro nobis etc. } *ut supra usque ad*

R. Ut digni efficiamur etc. } *Purificat. deinceps*

¶  
V. Laetamini in Domino etc.

R. Et gloriamini etc.

*Quae si fuerint recitata dic.:*

¶  
V. Exultabunt Sancti etc.

R. Laetabuntur etc.

*Quae si parit. fuerint dicta sumat.*

¶  
V. Exultent Justi etc.

R. Et delectentur etc.

**OREMUS.**

Precibus et meritis Ss. Martyrum tuorum etc. *ut supra.*

**CASUS RESERVATI.**

*A quibus, excepto casu necessitatis, non nisi exquisita et obtenta ab Illustriss. ac Reverendiss. Domino Vicario Generali Capitulari absolvere licet.*


I. Furtum rerum Sacrarum in loco Sacro commissum.

II. Abortus foetus sive animati, sivi inanimati reipsa procuratus.

III. Homicidium voluntarium et intentum, sive per se, sive per alium, perpetratum.

IV. Actus venereus cum hebraeis, et inter Confessarium ac Poenitentem consumatus.

V. Attentatio machinationis, aut conjurationis contra terrae Principem.



## EXAMINA GENERALIA

**pro beneficiis curatis habentur hoc anno:**

**Primum.** 8. Maii, et sequentibus.

**Secundum.** 7. Augusti et sequentibus.

**DIES NORMALES.**

Quibus omnis generis spectacula publica, saltationes delectationesque etc. in Statibus Caesareo-regiis juxta Supremam Resolutionem die 19 Augusti 1826. datam. Decreto Excelsae Caes. Reg. Cancellariae Aulicae de dato 24 ejusdem Mensis ad n. 24337. publicatam, ac Decreto Excelsi Caes. Reg. Gubernii Litoralis sub die 19. Septembris praedicti anni n. 17543. horum communicatam, prohibentur:

- I. Ultimis tribus diebus Adventus;
- II. In Festo Nativitatis Domini;
- III. Feria IV. Cinerum;
- IV. In Festo Annuat. B. M. V.;
- V. A Dom. Palm. usque ad Dom. Resurrect. Domini inclusive;
- VI. Dom. Pentecost;
- VII. In Festo SS. Corporis Christi;
- VIII. In Festo Nativitatis B. M. V.

Insuper prohibentur Musicae saltatoria et choreae publicae, aequae ac privatae, etiam toto Adventus Domini tempore, et sequentibus diebus usque ad Epiphaniam inclusive; a die Cinerum usque ad Dominicam in Albis pariter inclusive; omnibus diebus jejunii de praecepto, nec non diebus Veneris et Sabbati per totum annum.



# **STATUS PERSONALIS**

**& LOCALIS**

**ARCHI—DIECESEOS GORITIENSIS**

**EXEUNTE MENSE NOVEMBRI 1854**

## **APPENDIX**

**AD DIRECTORIUM LITURGICUM**



**GORITIÆ**

**TIPIS JOH. BAPT. SEITZ.**





# SERIES ANTISTITUM AQUILEJENSIMUM & GORITIENSIMUM

CUM NOTIS

## Series Antistitum Aquilejensium.

Anni asterisco \* notati certe determinari nequeunt.

N.	Ab anno	Ad annum	
<b>1. Episcopi.</b>			
1	63*	...	S. Hermagoras, Germanus
2	...	90*	S. Hilarius seu Helarus, Aquilejensis
3	...	...	Chrysogonus I. Græcus
4	...	...	Chrysogonus II. Græcus
5	...	...	Agapitus
6	314	...	Theodorus
7	...	...	Benedictus
8	347	...	Fortunatianus, Afer
<b>2. Archiepiscopi.</b>			
9	369*	389 *	S. Valerianus, Gallus
10	389*	407 *	S. Chromatius, Aquilejensis
11	407*	...	Augustinus, Beneventanus
12	434*	...	Adelphus seu Delfinus, Altinas
13	...	...	Maximus
14	444	447*	Januarius, e Pola in Istria
15	451	454	Secundus, Salicus
16	454	485	S. Nicetas, Græcus
17	485*	...	Marcellianus, Græcus
18	500*	515	Marcellinus, Romanus
19	521*	...	Stephanus, Mediolanensis
20	529	...	Mecedonius

N.	Ab anno	Ad annum	3. Patriarchae SCHISMATICI	ORTHODOXI
21	557	569	Paulinus I. seu Paulus Roman.	.
22	569	571	Probinus, Beneventanus	.
23	571	586	Elias, Græcus	.
24	586	607	Severus, Ravennas	.
			AQUILEJÆ	IN INSULA GRADO
25	607	...	Joannes I. Aquilejensis	607 Candidian.
26	...	...	Marcianus, Piranensis	Ariminensis
27	628	...	Fortunatus	612 Epiphanius
28	...	...	Felix	e Castro Uma-
29	...	...	Joannes II.	go in Istria.
30	...	...	Joannes III.	613 Cyprianus
				Polanus
				628. Primoge-
				nious, Aretin.
				648 Maximus,
				Dalmata
				668 Stephanus
				Parentinus
				673 Agatho, Ju-
				stinopolitan.
				685. Christoph.
				Polanus.
			ORTHOODOXI, SCHISM. SUBLATO, AQUILEJÆ:	
31	698	711	Petrus I. Polanus	
32	711	717	Serenus	
33	717*	737*	Calistus	
34	762*	776	Sigvaldus, Forojuliensis	
35	776	802	S. Paulinus II. Forojuliensis	
36	...	811*	Ursus I. qui et Urbanus	
37	811*	...	Maxentius	
38	...	847*	Andreas, Forojuliensis	
39	847*	850*	Venantius, Italus	
40	850*	871*	Teutimarus, Germanus	
41	871*	874*	Lupo seu Lopus I.	
42	875*	901*	Valpertus	
43	901*	...	Fridericus I.	
44	928	...	Leo, Forojuliensis	

	Ab anno	Ad annum	
45	931	...	Ursus II.
46	...	...	Lupo seu Lopus II.
47	...	...	Hengelfredus Germanus
48	963	...	Rodoaldus, Germanus
49	984	...	Joannes IV. Ravennas
50	1019	1042	Popo vel Volfgangus, Germanus
51	1042	1049	Eberardus, Germanus
52	1049	...	Goteboldus, Germanus
53	...	1068	Ravengerus seu Ravenger, Germanus
54	1068	1077	Sigardus e Comitibus de Pleien, Germanus
55	1077	1084	Henricus, Germanus
56	1084	1085	Fridericus II. Slavus
57	1085	1122*	Uldaricus I. e Ducibus Carinthiæ qui et Vol- ricus, Voldaricus et Vorlicus
58	1122	1128	Gerardus, Forojuliensis
59	1132	1161	Peregrinus I. e Ducibus Carinthiæ
60	1161	1182	Uldaricus II. e Comitibus de Treven.
61	1182	1195	Gotefredus
62	1195	1204	Peregrinus II.
63	1204	1218	Volcherus de Leubrechtskirchen, Germanus
64	1218	1251	Bertoldus ab Andechs
65	1251	1269	Gregorius de Montelongo, Campanus
	1269	1273	” ” Sedes vacabat
66	1273	1299	Raimundus Turrianus, Mediolanensis
67	1299	1301	Petrus II. Gera, Ferentinus
68	1302	1315	Ottobonus de Razzis, Placentinus
69	1316	1318	Gastonus Turrianus, Mediolanensis
70	1319	1332	Paganus Turrianus, Mediolanensis
	1332	1334	” ” Sedes vacabat
71	1334	1350	B. Bertrandus e Comitibus Scti Genesii Gallus
72	1350	1358	Nicolaus, Joannis Regis Boemiæ filius
73	1358	1365	Ludovicus Turrianus
74	1365	1381	Marquardus de Randeck, Augustanus
75	1381	1387	Philippus de Alencónio, Gallus
76	1387	1394	Joannes V. e Marchionibus Moraviae
77	1395	1402	Antonius I. Cajetanus, Romanus
78	1402	1408	Antonius II. de Portogruaro – Antonius III. da Ponte, Venetus
79	1408	1435	Ludovicus II. Teckius, Hungarus
	1435	1439	” ” Sedes vacabat

N.	Ab anno	Ad annum	
80	1439	1465	Ludovicus III. Card. Scarampus Mediarota, Patavinus 1439. — Alexander, e ducibus Massoviæ, Polonus
	1465	1471	Sedes vacabat
81	1471*	1491	Marcus I. Card. Barbus, Venetus
82	1491	1493	Hermolaus I. Barbarus, Venetus
83	1493	1497	Nicolaus II. Donatus, Venetus
84	1498	1517	Dominicus Card. Grimanus, Venetus
85	1517	1546	Marinus Card. Grimanus, Venetus
86	1546	1592	Joannes VI. Grimanus, Venetus
87	1592	1616	Franciscus Barbarus, Venetus
88	1616	1622	Hermolaus II. Barbarus, Venetus
89	1622	1628	Antonius IV. Grimanus, Venetus
90	1628	1629	Augustinus II. Gradonieus, Venetus
91	1629	1656	Marcus II. Gradonieus, Venetus
92	1656	1657	Hieronymus Gradonicus, Venetus
93	1657	1699	Joannes VII. Card. Delfinus, Venetus
94	1699	1734	Dionysius Delfinus, Venetus
95	1734	1751	Daniel Card. Delfinus, Venetus.

## Series Antistitum Goritiensium

### I. Archiepiscopi. S. R. I. Principes.

1	1752	1774	Carolus Michael e Comit. ab Attems Gorit. (2)
2	1774	1784	Rudolphus Joseph. e Comit. ab Edling, Gorit.

### II. Episcopi goritienses seu gradiscani.

3	1788	1816	Franciscus Philipp. e Comit. ab Inzaghi, Styr
4	1819	1830	Josephus Walland, Carniolus

### III. Archiepiscopi, Metropolitae regni illyrici.

5	1830	1834	Josephus Walland, idem qui supra
	1835	1854	Franciscus Xaverius Luschin, Imp. Austr. Princeps, Carinthus. (1)

## ADNOTATIO.

---

*Epistolam, quam Cel. mus ac R. mus D. nus D. nus JOANNES*

*NEPOMUCENUS S. Tridentinae Ecclesiae Episcopus  
Ordinarius, et Princeps occasione obitus amantissimi  
Archiepiscopi et Patris nostri FRANCISCI XAVERII  
ad venerabilem Clerum saecularem et regularem  
suae Dioecesis in singularis aestimationis argumen-  
tum erga defunctum Confratrem et Praedecessorem  
suum dedit, hic loci de verbo ad verbum apponi  
curavimus et mandavimus.*

*N.º 1540*  
*829*

*Eccles.*

### **Venerabili Clero saeculari, et regulari sanctae Tridentinae Ecclesiae Pacem et Salutem in Domino.**

FRANCISCUS XAVERIUS LUSCHIN ARCHIEPISCOPUS Go-  
RTIENSIS, METROPOLITA IN REGNO ILLYRIAEC, IMPERII AU-  
STRIACI PRINCEPS, ET C. R. APOSTOLICAE MAJESTATI A  
CONSILIS INTIMIS, qui viginti abhinc annis ab hac  
mystica vinea sibi a caelesti Patre familias excolenda con-  
credita aegre avulsus, ut divinae voluntati morem gereret,  
Primalis Leopolitanae primum, et non multo post Go-  
rtiensis Ecclesiae procurationem suscepit, bono certamine  
certato, cursu consumato, fide servata ad accipendam a  
justo Judice repositam sibi coronam justitiae sexto nonas  
hujus mensis piissime evolavit. Quem tristem nuntium  
dum Vobis afferimus, revocemus animo, Venerabiles  
Fratres, insignem Praesulem decem ipsos annos hanc sibi

carissimam Tridentinam Ecclesiam, quae antea integro sexennio ab suo Pastore orba remanserat, sancte aequo ac fructuosissime administrasse. Reputemus mentibus quantam FRANCISCUS XAVERIUS Seminarii clericorum, quamque solerter curam egerit, quod ipse non levi sumptu ampliari curavit, novis sapientibus legibus D. Caroli Borromaei exemplum sequutus instruxit, ac nullum fuit utilitatis genus, quod non in hanc, quam in deliciis habebat, domum large ipse contulerit, ut juventus piis hisce septis credita sapienter, et sancte coleretur, et ut inde multiplex agricolarum et pastorum cohors egrediens alii in vinea Domini seminarent, alii meterent, alii cum exultatione redirent portantes manipulos suos. Ecclesiae Cathedralis Capituli restaurationem procuravit, et promovit, in quo arduo negotio perficiendo eam justitiae, disciplinae, et religionis viam tenuit, qua in aliis rebus constanter incedebat. Integralm Dioecesim partim etiam iterato diligentissime perlustravit, et omnis generis benefactis quaslibet inhospitas quoque ejus partes sovit, recreavit, adjuvit. Erat enim sensu in rem quamlibet prudentissimo, acumine ingenii ad difficilima quaeque expediti, et intelligendi celeritate, decernendi consilio, ac agendi industria praeclarus: eminebat singulari quadam verborum, et vitae continentia, flagranti ad omnia pietatis opera studio, sincera humilitate, ita ut quaecumque nova ipse egregie constitueret, maluerit videri, se reperisse, quam fecisse, effusa in egentes et miseros benignitate, et charitate, ita ut in ejus arca nullum aeruginaret metalli genus, nam custos illius et administra erat quae ab incunabulis in illo creverat miseratio; sciebat enim, vilem esse pecuniam cum conditur, praetiosam cum disperditur, quare illud regii Vatis implevit: *dispersit dedit pauperibus*, et propterea *justitia ejus manet in saeculum saeculi*, potentia *ejus exaltabitur in gloria*. Quapropter an non praestantissimum illum Praesulem, qui ab omni-

bus Pastor, Patronus, ac Parens optimus celebrabatur, qui gregem hunc suum et ardentis benevolentia complexus est, et per amplis beneficiis cumulavit, qui hinc discedens singularem sui amorem et desiderium reliquit apud omnium ordinum homines dolentes maxime, quoniam amplius faciem ejus non essent visuri; modo vita functum intimo gratissimi animi sensu, testimonio, et officio prosequemur? Qua vero ratione Deo magis accepta, pio autem defuncto utiliori, grati animi nostri sensa testata faciemus, quam praestando id quod nos monet religio sacris illis verbis: *Sancta et salubris Cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur?* Quod itaque fide profitemur, opere compleamus, Venerabiles Fratres, et licet qui tantis christianis virtutibus vixerit, et diem suum plenissime obierit, eum coelo jam receptum, et illic susceptae ad nostram quoque utilitatem sollicitudinis praemio potitum tuto confidamus; tamen si quid ei post mortem adhuc luendum superesset, facere omnia debemus, ut ei modis omnibus opitulemur. Quare agile Ven. Fratres, qui FRANCISCUM XAVERIUM vivum amastis, et defunctum amatis tam ipsi quam Christifideles curae vestrae concreti conjungite Nobiscum preces vestras, et ejus promptum in coelum ingressum, si forte adhuc in loco animis post mortem purgandis destinato detineretur, efflagitate. Nos crastina die ad Dei aram accedemus, et sacrosanctam Hostiam propitiatoriam pro religiosa illa anima Deo Optimo Maximo in Templo cathedrali solemniter offeremus. Colamus porro omnes concordi voluntate memoriam ejus fusis ex animo precibus, ita enim profecto fiet, ut et nos ipsi vicissim ejus precibus adjuvemur, et dum debitum persolvimus, uberem fructum ex ipsa debiti solutione capiamus, nam divinae Sapientiae effatum non fallit: *In qua mensura mensi fueritis, remelietur vobis.*

Consoletur Vos abundantius qui non migrat de corde vestro Christus, in cuius nomine Vobis, Venerabiles Fratres,

et universo gregi Pastoralem Benedictionem peramanter impertimur.

*Datum Tridenti die 11 Maii 1854.*

**JOANNES NEPOMUCENUS m. p.**

**EPISCOPUS, ET PRINCEPS.**

---

*Ex jam in hisce nostris superioribus annis citata Provinciali et Archi-Dioecesana Synodo a Proto-Archiepiscopo nostro Carolo Michaeli e Comitibus ab Attems anno 1768 Goritiae celebrata, ad Cleri Populique instructionem, sequentia ponimus.*

### **CONSTITUTIO XXIII.**

#### *De Foro Ecclesiatico.*

Quod aequitatis ratio, et Pastoralis Nostri officii munus postulat, certam Ecclesiastici Formam Judicij prescribimus, ut causae omnes ad Forum Nostrum pertinentes secundum Juris tenorem, et quam minimo partium Conc. Trid. Sess. XXV. Cap. 10. Refor. impendio expediantur. Summariam itaque causarum per sonas praesertim miserabiles, Ecclesias, loca, legataque pia concernentium, sequentes pro universa Nostra Archi-dioecesi Judices constituimus, et deputamus. Et quidem de In Comitatu Goritiae et Gradiscae.

Per Ill.rem ac Pl.m Rev.dum D.num Joannem Fride-ricum Madko, S.tae Metropolitanae Nostrae Ecclesiae

Goritiensis Canonicum, Proto-Notarium Apostolicum, Vicarium Nostrum Generalem et Officialem.

*In Capitaneatu Tulmini.*

Ill.rem ac Pl.m Rev.dum D.num Archidiaconum Tulminensem, specialem Nostrum in eo districtu Delegatum.

*In Capitaneatu Duini.*

Ill.rem ac Pl.m Rev.dum D.num Archidiaconum S. Joannis de Tuba.

*In Provincia Styriac, et Comitatu Cillejensi.*

Per Ill.rem ac Rey.mum D.num Abbatem, et Archidiaconum Cillejensem, supremum Nostrum in Styria Commissarium.

*In Provincia et Ducatu Carinthiae.*

Ill.rem ac Pl.m Rev.dum D.num Archidiaconum Villacensem, Nostrum in Carinthia supremum Commissarium.

Per Ill.rem ac Rey.mum D.num Abbatem et Archidiaconum ad B. V. de Victoria, supremum Nostrum pro Regularibus Archidiaconis Commissarium.

Per Ill.rem ac Rey.mum D.num Abbatem et Archidiaconum ad S. Paulum.

Per Ill.rem ac Rey.mum D.num Abbatem et Archidiaconum in Ossiach.

Per Ill.rem ac Rey.mum D.num Abbatem et Archidiaconum in Arnoldstein.

Per Ill.rem ac Rey.mum D.num Abbatem Archidiaconum in Griffen.

Pl.m Rev.dum ac Religiosum e Societate Jesu Pa-

trem Collegii Clagenfurtensis Rectorem, Praepositum et Archidiaconum in Eberndorff.

*In Provincia et Ducatu Carnioliae.*

Per Ill.rem ac Pl.m Rev.dum D.num Archidiaconum Superioris Carnioliae, supremum Nostrum in Carniola Commissarium.

Per Ill.rem ac Rev.mum D.num Abbatem et Archidiaconum Sitticensem, Nostrum pro Regularibus Archidiaconis Commissarium.

Per Ill.rem ac Rev.mum D.num Abbatem et Archidiaconum ad Fontes Marianos in Landstrass.

Per Ill.rem ac Rev.mum D.num Abbatem et Archidiaconum Vallis Jocosae in Freidenthall.

Ill.rem ac Pl.m Rev.dum D.num Archidiaconum Rudolphswertensem.

Ill.rem ac Pl.m Rev.dum D.num Archidiaconum Reiffnizensem.

Ill.rem ac Pl.m Rev.dum D.num Praepositum et Archidiaconum Metlicensem.

*In Comitatu Tyrolensi.*

Ill.mum ac Pl.m Rev.dum D.num Archidiaconum Ampitiensem.

Quos ut terminandis causis quanta fieri poterit, brevitate studeant, ac litigantium artibus seu in litis contestatione, seu alia parte Judicij deferenda, modis omnibus, aut termini praefixione, aut competenti alia ratione occurrant, etiam atque etiam hortamur, volentes, ut tam in Summariis, quam in majoris momenti, et indaginis causis, ab iis ad Nos, vel Vicarium Nostrum Generalem causae ipsae avocari possint, et appellari.

Universis autem Ecclesiastici Fori Judicibus, ac

praecipue Vicario Nostro Generali sub conscientiae onere injungimus, ut ad praecavendas simultates, odia, rei familiaris et facultatum dispendia, aliaque incommoda, e litibus oriri solita, pro sua dexteritate, prudentia et caritate controversias quaslibet amice componere, partesque, antequam effervescant, conciliare satagant; quod si nec per se, nec per alios idoneos viros, quos pro negotiorum personarumque qualitate adiscendos judicaverint, assequi et perficere poterunt, operam tamen dabunt, et sedulo procurabunt, ut causae ad suum fórum allatae cavillationibus, subterfugiis, aliisque, quibuscumque litigantium artibus amputatis et explosis, quanta maxima fieri potest, celeritate, solideque, ac sine Juris laesione, vel partium praejudicio terminentur.

Libelli nulli, quaerellas aut litium contestationem continentes, nisi a jurato Advocato efformati, ac subscripti, et a quibusvis dictiis, contumeliis, verbalibus injuriis aliisque ad meritum causae non pertinentibus purgati, acceptentur. Vocatis in Jus dies, qua comparere debeant, termini ad respondendum breves, ac peremptoriū statuantur. Partes utrinque quod ad causae suae meritum facit definito tempore producant vel per scripturam vel per contradictorium vocale, tum ponderatis utrinque rationibus in causa concludatur, et sententia juxta aequitatem feratur. Dum causae ad contradictorium devolutae publice agitabuntur, ad earum tractationem saeculares permisce non admittentur, sed eruditi et cultiores; pueri et adolescentes nunquam, feminae tunc solum, quando ut partes agent, et convenientur.

Pauperibus ac miserabilibus personis facilis semper praestetur accessus, et Judicium illis secundum misericordiam fiat, ne divitum oppressi potentia clament, eorumque clamor in aures Domini Sabbaoth introeat. Advocati et Procuratores, quibus eorum patrocinium demandabitur, ita suo fungantur munere, ne pro personarum

conditione causae meritum aestimantes redarguantur a lege, quasi transgressores.

Causae Matrimoniales et illae, quae ad pacem et concordiam conservandam, vel reparandam pertinent, quaeque celeri indigent provisione, in quarum diuturniore mora, animarum periculum obversatur, omni etiam feriarum tempore suscipiantur, et sine mora terminentur.

Consistorio Vicarius Noster Generalis hic Goritiae constanter praecedit, materias in eo discutiendas et causas occurrentes ipse proponet, suffragia Consistorialium Assessorum colligit, et suum adferet; tum quod juris fuerit, declarabit, servatisque ratione competitiae Fori aliorumque, Archiepiscopum inter Salisburgensem, et Cesareo-Regiam Aulam stabilita et concordata fuere, servandis.

Ac licet causae, ubi necessitas postulat, in Foro Nostro Ecclesiastico - exceptis diebus festi - quotidie 27. Maii 1752. proponi, tractari ac definiri possint, convocando tamen Consistorio feriam quartam cuiusvis hebdomadae non impeditam peculiariter assignamus, in quo non controversias modo ad forum contentiosum pertinentes, sed alias etiam causas ad totius Archidioecesis Regimen, et ecclesiasticum Gubernium ordinatas discuti, et altioris indaginis causae, ac gravioris ponderis negotia non ante definiantur, aut executioni mandentur, quam Noster, si in Residentia fuerimus, consensus referente Vicario Nostro Generali accesserit.

Ordinarii Consistoriales assessores, et jurati ex praescripto S. C. Tridentini Examinatores sub Praesidio Vicarii Nostri Generalis erunt sequentes:

Per Ill.ris ac Pl.m Rev.dus D.nus Antonius Pollini, Sanctae Metropolitanae Ecclesiae Praepositus.

Ill.mus ac Pl.m Rev.dus D.nus Rudolphus S. R. I. Comes ab Edling, Sanctae Metropolitanae Nostrae Ecclesiae Decanus, et Praepositus ad S. Stephanum.

Admodum Rev.dus ac Clarississimus D.nus Ioannes

Reser.  
Caes.

Sess.  
XXIV.

Cap. 1<sup>o</sup>

Refor.

Octavius, Paulus Parcar SS. Theologiae Doctor, Secretarius Noster, et in agendis Matrimoniorum dissolvendorum causis Sacramenti defensor.

Admodum Rev.dus D.nus Petrus Barbadicus, SS. Theologiae Baccalaureus formatus, et Curiae Nostrae Archiepiscopalis Auditor.

Admodum Rev.dus ac Clarissimus D.nus Joannes Trincar, SS. Theologiae Doctor, et Curatus ad St. Andream.

Admodum Rev.dus D.nus pro tempore Vicarius perpetuus Civitatis hujus Goritiensis.

Admodum Rev.dus D.nus pro tempore Director domus Nostrae Presbyteralis Goritiensis.

Admodum Rev.dus Pater pro tempore Decanus Superiorum Scholarum in Gymnasio Goritiensi Societatis Jesu.

Ordinarii pariter Assessores Consistoriales erunt omnes ceteri Sanctae Metropolitanae Ecclesiae Canonici. Extraordinarii vero ii, quos de universo Clero tam saeculari, quam regulari assumendos censuerimus, viri et scientia praeclari, et usu rerum, ac judicio praestantes, quibus ex juris peritis saecularibus unum adjungemus.

Nor liceat, Nobis in loco Residentiae existentibus, Vicario Nostro Generali sive per se, sive per Consistorium quamcumque Censuram a Jure, aut a Nobis latam, relaxare, nec Beneficia quaecumque etiam simplicia conferre, nec a Patronis laicis praesentatos instituere, nec litteras dimissoriales ad Ordines suscipiendos concedere, nec bonorum Ecclesiasticorum alienationibus autoritatem suam interponere, nec Beneficiorum resignationes, aut commutationes admittere, non denique Constitutiones, Mandata et Edicta Nostra ullenus infringere, aut immutare.

Examini Clericorum pro Ordinibus, Sacerdotum pro curae Animarum exercitio, et in concursibus ad Benefi-

cia curata idem Vicarius Noster Generalis, ut supra, praeerit, utque in examine hujusmodi omnia ad praescriptum Sacrorum Canonum, et Concilii Tridentini siant, sollicite invigilabit. Examinatores synodales ipse duos, vel plures convocabit, qui de examinatorum scientia, qualitate et merito experimentum capiant, et collectis eorum suffragiis examinatos pro suo quemque merito vel approbat, vel rejicit.

Ad hoc Vicarius Noster Generalis Clericorum mores, statum Animarum, Parochorum et Curatorum in praedicatione Verbi Dei, et tradenda doctrina Christiana negligentiam, vel solertiam, in administrandis Sacramentis zelum, in scholasticis, vel moralibus Conferentis assiduitatem soepius ab Archidiaconis, Decanis, Parochis, Capellanis, quandoque etiam a saecularibus, si probati sint, nec passionibus, aut privatae simultati obnoxii, explorabit, suaque sollicitudine efficiet, ut omnia prudenti zelo, et constanti ordine dirigantur. Si quid speciali reflexione dignum detexerit, ad Nos referet, et Nostram desuper sententiam expectabit.

Cancellarius Noster Ecclesiasticus omnia Nostrae Curiae instrumenta, acta, libros et quaecumque scripturarum documenta vel praesentia vel futura, distinctis Armariis, locisque disposita diligenter custodiet, protocollum dirigit, et procurabit, ut omnia eadem die, qua expedienda sunt, in acta referantur, nec quidquam eorum sive per malitiam, sive negligentiam adulteretur, omittatur, aut protrahatur. Nulla cujuscumque generis scripturarum documenta, vel in origine extradi, vel ex Cancellaria asportari permittet Cancellarius sub poena privationis officii. Si actuarius id fecerit, vel fieri permiserit, aliam insuper poenam arbitrio Nostro sustinebit.

Actuarius nullus Nobis inconsultis vel assumatur, vel dimittatur. Actuariorum vero munus et cura sit, singulis diebus — exceptis Dominicis et Festis — mane ab-

hora octava ad duodecimam, a meridie ab hora secunda usque ad sextam in Cancellaria Nostra comparere, ibique sollicite, et fideliter quae expedienda, vel in acta referenda sunt, ex Cancellarii Nostri dispositione perficere, libros et scripturarum omnium documenta suis locis reposita custodire.

Si quae scriptura vel vetustate corrupta, vel aëris, aut humoris injuria foedata, aut a tineis corrosa sit, ut difficulter legi, aliquando tamen usui esse possit, auctoritate Vicarii Nostri Generalis, servatoque juris ordine ejusdem Scripturae, ita oblitteratae transumptum fiat, ut legitimae probationis vim obtineat.

Taxa Cancellariae Nostrae justa moderatione a Nobis statuta ita servetur, ut sub nullo unquam vel laborum praetextu, vel personarum respectu, nec directe, nec indirecte augeatur; super quo Vicarii Nostri Generalis conscientiam oneramus, ne partes, aut quaecumque personae ad Curiam Nostram pro gratia, aut justitia recurrentes supra taxam jam constitutam ullo modo graventur, quin potius specialis pauperum, et miserationib[us] personarum ratio habeatur, earumque expeditiones vel infra taxam praescriptam, vel omnino gratis etiam siant.

Partium quieti, vel indemnitati, causarum tranquilitati, et Curiae Nostrae honori consulere volentes, statuimus, ut si quis Advocatus, Procurator, Notarius, aut alius quivis coram Vicario nostro Generali in loco Audentiae, sive in Cancellaria, sive in Consistorio verba injuriosa, vel schomatica adversus aliquem protulerit, si Curiae Nostrae Minister sit, officio excidat, si alius, pro temeritatis suae ratione puniatur.

Si quem pro delicti qualitate, implorato, quatenus opus sit, brachio saeculari, carceri mancipari contigerit, qui carcerum curam sustinent, christiana caritate et sollicito affectu providebunt, ut, quae ad victimum, vesti-

tum corporis tegumentum, ac praecipue ad animae profectum necessaria sunt, suo tempore suppeditentur, quod ipsum Vicario Nostro Generali, tanquam principali post Nos ipsos Civitatis Curato, ac reliquis omnibus carcerum curam habentibus maxime commendamus, et commendatum cupimus.

In Fiscalem porro Admodum Rev.dum ac Clarissimum D.num Josephum Chrisman, SS. Theologiae Doctorem, et domus Nostrae Presbyteralis Goritiensis Directorem;

In Procuratorem Cleri Admodum Rev.dum ac Clarissimum D.num Josephum Compare, SS. Theologiae Doctorem, et domus Nostrae Presbyteralis Goritiensis Subdirectorem;

